

II n
3623

Q. D. B. V.

Dissertatio Historica

DE

FAMILIA
COMITUM HOLSATO-
SCHAUMBURGICO-
RUM HOC SECCULO
EXTINCTA,

QUAM

Divina asistente clementia,

Ac

BENEVOLO INCLUTÆ FACULTATIS PHILOSO-
PHICÆ IN ACADEMIA RINTELIENSI
PERMISSU

Publicæ eruditorum ventilationi subjiciunt

PRÆSES

M. FRIDERICUS WILHELMUS
BIERLING,

ET RESPONDENS

CAROLUS LUCÆ, Cassellanus.

Ad diem 4. Mart. A. D. R. clō Ioc IC.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA



RINTELII,

Literis HERMANNI AUGUSTINI ENAX, Acad. Typogr. 1699

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)



*SERENISSIMO AC
POTENTISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO,
DOMINO
CAROLO,
Hessia Landgravio, Prin-
cipi Hirschfeldia, Comiti Cattime-
liboci, Diezia, Ziegenhainæ, Niddæ
& Schaumburgi &c.*

*DOMINO SUO CLEMEN-
TISSIMO,*

SERENISSIME PRINCEPS,

Domine Clementissime.



Non credo iratum habebō
Divinum Genium tuum, dum
hanc Dissertationem subjectissimi
animi indicium, TUO NOMINI,
SERENISSIME PRINCEPS, in-
scribere sustineo. Conveniunt
enim in hoc præcipue Supremi Numinis, ac Prin-
cipum, quos in terris Vicarios suos illud consti-
tuit, sacraria, quod nemo ab utrisque, modo pie-
tate, rudi licet ac simplici, compositam mentem
afferat, facile soleat arceri. Animum præterea ad-
didit, quod inter virtutes TUAS, quibus Nomini
TUO propitiam jam reddidisti æternitatem, quas-
que Posteris, tanquam hæreditaria Principalis do-
mus ornamenta, commendabunt seculis futuris,
non magis fortitudinem, quam clementiam omnes
tacita quadam animi subjectione venerentur. Illa
enim, uti non solum Germaniam, sed universam
pene Europam in TUI admirationem rapuit, effe-
citque, ut hostibus esses terribilis; Ita hæc omnibus

A 2

Tibi

TIBI subditis venerationem amore quodam per-
mixtam ingenerat. Inter hos cum & ego nomen
profitear, exiguum hocce subjectissimi animi &
humillimæ devotionis monumentum, TIBI, SERE-
NISSIME PRINCEPS, dedicare constitui. Accipe
itaque illud serena fronte, ac huncce, tenuem licet,
laborem literarium, eo, quo literarum studia aman-
tes prosequi soles, favore complectere. Supremum
vero Numen devotissimis precibus oro obtestorq;,
servet TE Patrem Patriæ, Germaniæ columen,
hostium terrorem, Orbis delictum, omniumque
bonorum Præsidium, servet SERENISSIMAM
TUAM CONJUGEM, TOTAMQUE CELSISSI-
MAM DOMUM, largiatur TIBI prosperos etiam
supra vota successus, TEque in eo terrenæ felicitatis
fastigio collocatum, quo altius ascendere Principis
virtus & gloria non potest, rebus humanis interesse
sinat quam diutissime. Ita ex animo vovet

*Serenissime atque Potentissime
Princeps*

SERENITATIS TUÆ

Devotissimus Servus

FRIEDERICUS WILHELMUS BIERLING,

Otto V. † Henricus IX. n. infans. †
 Adolphus Archiepiscopus Colonien-
 1509. 3. Sept. †
 2. Maji 1529.
 Jan. † 1556. 20.
 1544. † 1554. 2. Elisabetha Ursula
 D. Brunsv. f. 1558. † 1587. 3. Sept.
 Otto VI. n. 1517. el. in Episc. Hild-
 1531. relignavit 1536. † 1576.
 Conj. 1. Maria, Barnimi Pon-
 1547. 25. †
 Jan. † 1556. 20.
 1544. † 1554. 2. Elisabetha Ursula
 D. Brunsv. f. 1558. † 1587. 3. Sept.

1. Hermannus n. 1546. † 1581.
 n. 1. Nov. 1545. Episc. Mind. 1566.
 4. April. †
 27. Oct. † 1601. 2. Jul. Conj. Elis. Julii
 D. Brunsv. f. 1583. 1587. † 1599.
 6. Maji. nupt. po- 21. Jan. †
 Hea Christoph. D. Luncb. Harburg.
 † 1618. 24. Oct.

1. Adolphus n. 1547. † 1601. 2. Julii
 Mind. n. 1549. † 1601. 21. Jan. †
 2. M. Antonius III. Ep.

Jul
 o
 c

latent aut in obsuro sunt, Dispulerunt tamen halce tene-

der-
 men
 &
 E-
 pe
 et,
 n-
 m
 i,
 n,
 ue
 M
 SI
 m
 ta-
 sis
 ff

IG,



TABULA GENEALOGICA COMITUM HOLSATO- SCHAUMBURGICORUM.

A.

Bruno frater *Adolphi*, Episcopus Mindensis 1037.

Adolphus de Santerleben, Primus Schaumburgi Comes creatur ab Imp. *Conrado Salico* a. 1030. Ejus seu nepos seu pronepos *Adolphus I. Comes Schaumburgi*, *Holsatia Comitatu* pariter investitus à *Lothario II. Imp.* † 1122.

Hartungus, occ. in bello Bohemico a. 1125. 18. Febr.

Adolphus II. *Wagriam* cum reliqua *Holsatia* conjungit † 1164. Conjux *Mechtildis*, *Burcardi Nob. Dom. Querfurt.* filia, quæ postea nupsit *Henrico, C. de Orlamunda*, è quo peperit *Albertum*.

Adolphus III. † 1232. Conj. *Adelheid*, *Ottonis Com. Aslensis & Salomea* sororis *Philippi Archi Episcopi Coloniensis* filia.

Bruno Episcopus *Olmucensis* † 1281.

Adolphus IV. fit monachus 1240. † 1261. Uxor *Heilwigis Lippica.*

Conradus moritur improlis.

Johannes I. per divisionem cum fratre obtinet *Wagriam* † 1266. Conjux 1. *Mechtildis, Alb. Elef. Saxon.* filia. 2. *N. Christoph. R. Dan.* filia.

Lotharius moritur ætat. 12 annorum.

Mechtildis nupta *Abeli Duci Slsuici*, postea interfecta *Erico* fratre, *Regi Danæ*, a. 1235.

Gerhardus I. Comes Holsatia & Stormaria, Wagria fratri *Johanni* relicta † 1281. Conj. *Adelheid, Johann. Theologi D. Meelenb.* filia.

Johannes II. † 1291. Conj. 1. *Com. à Wunsdorf.* 2. *Agnes, Erici VII. R. Dan. vidua.* † 1300.

Heilwigis, uxor Ottonis Marchionis Bran-

Agnes uxor Albertus I. Domini de Præpositus Rostock.

Adolphus Mechtildis, Luitzardis, nupta 1265. Job. D. Luneb.

Elisæe Gerhardus II. cæcus † 1312. Conj. Adelheid è fam. Baron. de Warberg. Er-

Gerhardus II. cæcus † 1312. Conj. Adelheid è fam. Baron. de Warberg. Er-

Adolphus V. Henricus I. divisione cum fratre inita Stormariam retinet, ipsi Schaumburgenses terras cedit primusque Hamburgi telonium instituit † 1310. Conj. N. Florentii C. de Bronchorst. filia.

Albertus, Heilwigis nupta Magno Svecia Regi a. 1277.

Albertus, Heilwigis nupta Magno Svecia Regi a. 1277.

1. *Adolphus VI.* occ. 1315. ab *Hartwico Reventlow* in *Seberg* arce, quam deinde occupavit *Gerhardus Magnus*,

1. *Nicolans I. Johannes III.* 1350. Conj. *Anna, Job Hierosolymitani D. Meclenb.* filia.

1. *Johannes IV.* † 1350. Conj. *Anna, Job Hierosolymitani D. Meclenb.* filia.

2. *N. uxor Nicolai, Bernhardo Dynasta Meclenb.*

Adolphus VII. † 1315. sepultus in monast. *Loken.* Conj. *Helena, Job. D. Sax. Lanenb.* filia.

Gerhardus III. Woldemarus.

Henricus II. Otto I.

Gerhardus IV. Magnus. Occ. à *Dano Negles Jepsen* 1340. Conj. *N. Joh. Duc. Sax. Lanenb.* filia.

Agnes, Erici D. Slesuici (quem *V. † 1329.* *Spangenberg. l. III. c. 8.* insigni errore *Abelis ac Mechtildis, Gerhardi I. sororis, filium* facit) Conjux.

Adolphus X. † 1390. impolis, ultimus lineæ *Wagirensis*, cujus deinde ditiones ad lineam *Holsaticam* paucis exceptis pervenere. Conj. *Anna, Henrici D. Mecl. f.*

Ericus I. Ep. Hildesien-

Adolphus VIII. n. 1297. † 1353. Sepultus *Visbeka.* Conj. *Heilwig C. Lippica.*

Gerhardus VI. Ep. Mind. 1346. † 1353.

Johannes VII.

Gerhardus V. † 1322.

Henricus III. Henricus IV. ferrens † 1381. *Anna, Henrici Leon. D. Mecl. filia*

Nicolans II. † 1400. Conj. *Elisabet, Wilhelmi D. Luneb. filia.*

Adolphus IX. occ. *Famagusta* in pugna contra infideles. 1370.

Gerhardus VIII. Ep. Mind. 1361. Terrâ sanctam cum fr. *Adolpho* adiens in mari perit 1366. Is oppidum *Petersbagen* construxit de villa olim *Hokeleve dicta.*

Simon † 1365.

Bernhardus I. Præpositus Hamburgensis.

Otto II. v. Tab. B. Mechtildis monialis.

Johannes VIII.

Albertus II. moritur casu de equo 1403. Conj. *N. Erici D. Sax. Lanenb.* filia.

Elisabeta, nupta Alberto III. Duc. Meclenb. 2. Erico III. Inf. Saxon. Duci.

TABULA
GENEALOGICA COMITUM HOLSATI
SCHAUMBURGICORUM.

B.

Otto II. Magnum Torquatum Ducem Brunsvicensem bellum fibi inferentem vicit & interfecit a. 1473. † 1404. Conjux **Mechtildis Wilbelmi D. Lüneb.** filia, **Ludov. D. Brunsv.** vidua. Hic **Bückerburgum muro cinxit**, **Rodenberg** renovavit, ac **Schaumburgum** turribus duabus munivit, teste **Lerbecio**.

Mechtildis monialis in cœnobio **Lemgovienfi**.

Gerhardus VII. Dux Sleswicensis à Rege Daniae creatus anno 1386. occ. à Ditarmsis 1404. Conj. **Catharina**, Magni Torquati D. Brunsv. filia 1391. nupta post mortem ejus **Erico III.** (s. ut alii volunt IV.) D. Saxo-Lauenburgico.

Adolphus XI. Helena Erici Com. de Hoya filia.	Wilhelmus II. mort. 1391. æt. 12.	Ingelburg nupta Conr. Com. Oldenb.	Adelheid nupta Dieterico C. ab Hohenstein.	N. nupta Comiti à Steinfurt.	Alia tres moniales , inter quas Helena , Abbatissa Möllenbeccensis tunc monialium, cœnobii, quod a. 1400. Lerbecio teste in monasterium monachorum mutatum est.	Henricus VI. n. 1397. † 1427. in obfisione Flensburg.	Adolphus XII. n. 1401. postremus Dux Sleswicensis & C. Holsatiae, vocatus ad regn. Dan. 1449. sororis filium Proceribus commendavit. m. 1459. 4. Dec. Conj. 1. Mechtildis , Ottom. I. Elef. Sax. f. 2. Dorothea , Alb. VI. C. Mansf. f. 1435. † 1496.	Gerhardus VIII. posthumus n. 1404. † 1433. Conj. Agnes , Bernhardi Marchionis Bad. f.	Ingelburgis abbatissa Cœnobii S. Brigittæ Wastenæ in Svecia.	Hedwigis nupta 1. Balthasari D. Mecl. 2. Theodorico fortunato C. Oldenburgico .
---	--	---	--	-------------------------------------	--	--	--	--	---	--

Otto III. Sleswicum & Holsatiam Regi Daniae concessit, a. 1460. † 1464. Conj. **Elisabeta Com. ab Hohenstein** † 1465.

Gemelli
Henricus VII. in fl. Slya prope **Gottorff** suffocatus.
Catharina monialis.

Adolphus XIII. † 1473. Conj. Ermegard C. ab Hoya .	Ericus II. † 1485. Conj. Eva C. Ostfrisæ .	Ernestus I. Episcopus Hildesienfis a. 1459. † 1475.	Bernhardus II. Præpositus Hamburgensis .	Johannes † 1527. ex Cordula Henrici ultimi C. à Gehmen filia & herede, quæ hunc Comitatum Schaumburgensibus attulit, ac quinquagenaria peperit, solus familiam propagavit.	Otto IV. n. 1426. † 1510. ætat. 84.	Henricus VIII. electus in Episc. Mindensem 1478. † 1504. 25. Jan.	Antonius I. † 1526. æt. 50. Conj. 1. Sophia Magni D. Inf. Sax. f. 2. Anna L. B. à Schönborn † 1533.	Anna Bernhadi C. de Lippe ux. † 22. Sept. 1495.	Mathildis , nupta 1. Bernh. Duc. Br. & Lüneb. 1463. 2. Wilhelmo D. Lüneb. † 1468.
--	--	--	--	--	--	---	--	--	--

Justus I. n. 1483. **Oldendorpenses** extractarios ad obsequium reducit, † 1553. Conj. **Maria**, **Joh. Com. Nass.** in **Dillenb.** filia.

Otto V. † infans. 1509. 3. Sept. † 2. Maji 1529.	Henricus IX. n. 1509. 3. Sept. † 2. Maji 1529.	Adolphus Archiepisc. Colonienfis , el. 1547. 25. Jan. † 1556. 20. Octobr.	Otto VI. n. 1517. el. in Episc. Hildesiensem a. 1531. resignavit 1536. † 1576. 22. Dec. Conj. 1. Maria , Barnimi Pom. D. filia 1544. † 1554. 2. Elisabeta Ursula , Ernest. D. Brunsv. f. 1558. † 1587. 3. Septembr.	Antonius II. post mortem fratris Adolphi electus in Archiep. Colon 1556. 26. Oct. † 1558. 18. Jun.	Johannes † 160. Conj. Elisabeta , Innonis C. Ostfrisæ filia.	Wilhelmus Canonis Hildesienfis † 1580.	Cordula nupta 1. Com. a Bentheim 2. Humprechro C. à Neuenar.	Elisabeta nupta Johanni C. à Sayn.	Justus II. in Gehmen † 1581. Conj. Elisabeta , Johannis de Pallant & Anna C. de Culenburg f.	Ericus † cœlebs. Maria , Georgii C. ab Hohenlohe filia † 1565.	Ernestus , Conj. Maria , Georgii C. ab Hohenlohe filia † 1565.
---	---	---	--	---	---	---	---	--	---	---	---

1. Hermannus n. 1. Nov. 1545. Episc. Mind. 1566. † 1581.	1. Otto , n. 1546. 11. Dec. m. 1572, 4. April.	1. Adolphus n. 1547. 27. Oct. † 1601. 2. Jul. Conj. Elis. Julii D. Brunsv. f. 1583. 6. Maji. nupta postea Christoph. D. Lüneb. Harburg. † 1618. 24. Oct.	1. Antonius III. Ep. Mind. n. 1549. 8. Mart. elect. 1587. † 1599. 21. Jan.	2. Maria n. 1559. nupta 1591. 26. Septembr. Jodoco C. à Limburg & Bronchorst † 1616. 3. Oct. in arce Wildenburgensi .	2. Elisabeta , n. 1566. nupta Simoni C. de Lippe 1585. 13. Nov.	Ernestus , n. 1569. 24. Sept. in arce Bückerburgensi † 1622. 17. Jan. Conj. Hedwigis Wilbelmi sapientis Landgr. Hassæ in Cassel filia, 11. Sept. 1597.	Henricus X. in Gehmen , Conj. Metta , Jodoci C. à Limb. & Bronchorst f.	Johannes Otto.	Justus † juvenis.	Hermannus II. † 15. Dec. 1634. Conj. Catharina Sophia , Ottom. Duc. Lüneb. f. 1609	Elisabeta.	Magdalena.	Georgius Hermannus Conj. Elisabeta , Simon. C. Lipp. f. 1612.
--	---	---	--	--	---	---	---	-----------------------	--------------------------	---	-------------------	-------------------	--

Justus Hermannus Successor **Ernesti**. n. 1593. 6. Octobr. † 1635. 5. Nov.

Otto n. **Detmoldi** 1614. 1. Mart. † 15. Nov. 1640. ultimus totius familiae.

NG,



Sleswicensis à Rege Daniæ crea-
 à Ditmarfis 1404. Conj. Cathari-
 ati D. Brunsv. filia 1391. nupta post
 co III. (s. ut alii volunt IV.) D.
 co.

Ad H C fi Otto Dat Co	Stremus Dux Sle- vocatus ad regn. Proceribus com- c. Conj. 1. Mech- e. f. 2. Dorothea, Dat 1496.	Gerhardus VIII. post- humus n. 1404. † 1433. Conj. Agnes, Bernhardi Marchio- nis Bad. f.	Ingelburgis abbatissa Cœnobii S. Brigittæ Wastenæ in Svecia.	Hedwigis nupta 1. Balthasari D. Mecl. 2. Theo- dorico fortunato C. Oldenburgico.
---	---	--	---	--

Gemelli

Henricus VII. in fl. Slya prope Gottorff suf- focatus.	Catharina monialis.
---	------------------------

Adolp 147 Err ab H	Antonius I. † 1526. æt. 50, Conj. 1. Sophia Magni D. Inf. Sax. f. 2. Anna L. B. à Schönborn † 1533.	Anna Bernhardi C. de Lippe u- xor, † 22. Sept. 1495.	Mathildis, nupta 1. Bernh. Duc. Br. & Lüneb. 1463. 2. Wil- helmo D. Lü-
-----------------------------	---	---	---

FRIEDERICUS WILHELMUS BIERLING,



Juvante Trinuno.

§. I.



Es ardua est, vetustis novitatem, obscuris lucem dare; id quod præcipue in investigatione Historiæ antiquioris deprehenditur. Germania præsertim nostra ea infelicitate laborat, ut de rebus gestis vetustiorum ejus populorum pauca monumenta, eaque ut plurimum ab exteris scripta, adeoque interdum incerta, supersint; cum antiquiores ejusdem incolæ armis magis, quam studiis literarum delectati fuerint. Ea tamen secula, quæ à Carolo Magno, qui diversos olim populos, suam seorsim civitatem remque publicam habentes, primus in unum corpus coëgit, effluxerunt, aliquantò feliciora fuerunt; utpote, quorum historiæ à plurimis iisque Germanis, literis mandatæ extant. Quanquam & hic non immerito de quorundam defectu atque incertudine, qui fabulis veritatem contaminarunt, queri liceat. Unde primordia illustrium familiarum plerumque, si ad antiquiorum seculorum seriem procedamus, latent aut in obsuro sunt. Dispulerunt tamen hæc tene-

*Prefatio
Dissertations.*



tenebras multi Viri Clarissimi, qui historiae patriae amore ducti, ex ipsius antiquitatis tenebris multarum illustrium stirpium ortum atque progressus felicissime eruerunt. Quæ industria sua laude apud genuinæ eruditionis æstimatores nunquam caruit. Unde nemo spero, vitio nobis vertet, dum in ejusmodi laboris genere qualescunque ingenii vires exercere ausi fuimus, Comitumque Holfato-Schaumburgicorum antiquam stirpem ex probatoribus Historicis ac Chronicorum Scriptoribus investigare decrevimus, certo confidentes, hunc nostrum laborem si non laudem, saltem excusationem meriturum. Non autem omnia, quæ ad res Schaumburgicas pertinent, sed notabilia tantum afferre animus est, nec enim integram historiam Schaumburgicam, sed Disputationem Academicam solummodo conscribimus. Istud etiam haut modici temporis nostrasque vires longe superans labor esset futurus, præsertim cum ea quæ de rebus Schaumburgicis literis consignata sunt hinc inde dispersa jaceant, Autoresque multum quandoque discrepent, e quibus veritatem historicam eruere, haut parvi momenti industriæque rem esse, ii noverunt, qui in hoc studiorum genere ingenium viresque exercere. Interim promittimus æquo Lectori, sicubi aliquando uberiores occasionem nacti, ac amplioribus, quæ huc pertinent, subsidiis instructi fuerimus, nos hoc rerum Schaumburgicarum quasi spicilegium, majori messe ac ampliori elaboratione compensaturos. Sicubi autem hallucinati



cinati fuerimus, quo nihil in hoc equidem scriptio-
nis genere, ac in tam spissa nonnunquam scriptorum
vetustiorum caligine, facilius, æquum Lectorem
veniam, quam sibi quoque in hoc casu deposceret,
nobis non denegaturum, confidimus potius quam
speramus. Omnium enim habere memoriam &
penitus in nullo peccare, divinitatis magis quam
mortalitatis est.

§. II.

Ut autem a primis incunabulis familiam Comi-
tum Schaumburgicorum repetamus, omnino in-
stituti ratio postulat. In duas autem sententias ab-
eunt illi, qui de illustri hac stirpe aliquid literis con-
signatum reliquerunt; Quidam enim ejus primor-
dia a Nobilibus *de Salingsleven* repetunt, quorum
originem à Francis, antiquis Salæ accolis deducunt,
quod primus fecisse videtur *Crantzius* a) ejusque
vestigia sequuntur, *Spangenberg*, b) *Chytræus*, c)
Lomeyerus, d) aliique. Ab horum opinione rece-
dunt alii, qui è familia Nobilium de *Santerseven*,
ex antiqua Frisonum nobilitate oriunda, Comites
Schaum-

Origo fa-
milie Co-
mitum
Schaum-
burgicorū.
Autorum
diversitas.

a) Saxon. l. 8. c. 26. b) Chron. Schaumburg. l. 1. c. 4. p. 8.
c) Saxon. l. 2. p. 73. Obiter notari meretur *Chytræi* in Aca-
demia Rostochiensis Antecessorem fuisse Adamum *Tragis-
ger* J. U. D. sed qui Professoris Theologi munia nihilo-
minus obiit. Cum a. thesin, *quod scortatio simplex non sit
peccatum*, defendere sustinisset, ab officio remotus Ham-
burgi Syndicum egit, tandemque Cancellarius Adolphi
Ducis Holsato-Sleswicensis, ac multorum novorum con-
siliorum autor fuit. Ultimo Hamburgum petens cervi-
cem casu e curru fregit. d) Tab. Geneal. Princ. Europæ.



Schaumburgicus promanasse statuunt, inter quos est *Lerbecius* in *Chronico Schaumburgensi*, e) ac quem insignis Polyhistor *Henr. Meibomius* f) adducit, *Ertwinus* in *Chronico Osnabrugensi*. Digna autem omnino sunt *Lerbecii* verba, quæ hic adducantur. Postquam enim Frisones, relicta patria, Saxoniam terras ad Albin inhabitare cœpisse, enarrasset, sic demum pergit: g) *Ex horum autem virorum nobilium numero*, (loqvutus fuerat de Frisonibus) *nonnulli partem Saxoniam in diœcesi Magdeburgensi incoluerunt, ab Imperio cum duabus Ecclesiis curiatis, scilicet SanTERSLEVEN & Scaënsleve infeudati, ubi pedem manendi figentes, Nobiles de SanTERSleve multis temporibus sunt vocati. Conrado ergo præfato, (loquitur de Conrado II. Salico) curiam solennem in Minda fere per biennium tenente, quidam ex his Nobilibus superstes, nomine Adolphus, his intellectis Mindam properans adiit, & se in Mindensis Episcopi Sigiberti notitiam familiariter exhibens, causarum & negotiorum ipsius, tam strenuum, tam fidelem & prudentem executorem in omnibus exhibuit, quod tandem ab Imperio, per Episcopi Sigiberti promotionem, gradum Nobilitatis, scilicet Comitiæ, attingere promeruit. Adolphus itaque Comes factus, velut industrius futura prospiciens, generositatem erga se considerans, montem, qui olim Mons urticarum, sive Stettelenberg | Teutonice dicebatur, in feudo recipit, Camerarius Episcopi per successionem perpetuis tem-*

e) Quod reperitur inter scriptores Rerum German. à Meibom. Jun. editos, Tom. I. p. 489. f) in notis ad Chron. Lerbecii p. 521. g) l. c. p. 497.



poribus factus, castrum Schowenborg, quod speculationis castrum interpretantur, fundans, relicta Saxonia Orientali, sive Nova, Occidentalem Saxoniam circa partes Weserae cepit inhabitare. Huic Lerbecii sententiae ad stipulatur Doctiss. Meibomius h) dicitque, foede Crantzius nomen Santerseven corrupisse ac in Salingsleven mutasse. Nec admittit Spangenbergii argutationes de Salingis Francis, ex quibus Adolphi Parens fuerit oriundus, praesertim, cum Santerseven & Scakensleben superent ad huc in dicecesi Magdeburgensi. Porro Ditmarum adducit, ac tandem ex ejus verbis concludit: Dynastas Santerselebios, à quibus Schauenburgii Comites originem suam arcessunt, à Comitibus Walbencensibus promanasse, quod deinde plurimis, ac quae legantur dignissimis verbis, uberius deducit. Si nostrum subjungere iudicium liceat, posterior sententia nobis veritati magis consentanea videtur, praesertim cum illa Salingslebiorum à Francis deductio nescio quod vitium redoleat, quibusdam, qui de antiquarum stirpium origine scripserunt, familiare, quo initia illarum è nobilitate Francica, aut Romana etiam, ut plurimum arcessunt. Nec est, quod Spangenbergii autoritas nos moveat, cum & aliis in locis eum impegisse, infra simus ostensuri. Sit itaque Adolphus primus Comes Schauenburgius origine Santerselebius, non Salingslebius, ut Doctiss. Meibomii verba nostra faciamus. Quem à Conrado II. Imp. cum curiam solennem fere per bien-

Sententia
verior.

B

nium

h) l. c. p. 521. seq.



nium in Minda teneret, primum Schaumburgi Comitem creatum esse, recte tradentem vidimus supra *Lerbecium*. Annus, quo istud accidit, communi scriptorum consensu est 1030, quem etiam confirmarunt versus

Annis nongentis, centenis, ter quoque denis
Post Christum natum, Schaumburgi tenet initiatum,

Olim in turri arcis Schaumburgicæ æneis literis plumbo infusis conspicui, sed quos petulantia venatoris cujusdam, plumbum ad globulos fundendos eruentis, deletos esse accepimus, comparent tamen etiamnum in introitu arcis Bückeburgicæ. Operæ pretium autem videtur, monere ex *Chytraeo*, i) Comites Schaumburgicos Comitatum suum solius Imperatoris beneficium immediate recognovisse, illumque Imperiale deinceps feudum perpetuo mansisse. *Spangenbergii* autem assertioni k) nomen *Schaumburgi* inde dimanasse, quod Imperator subitam arcis constructionem admiratus, dixerit, *Schau die Burg* / inter conjecturas equidem locum facile concedimus, pro infallibili autem veritate venditare minime audemus. Illud certius videtur, quod mox l) subjungit, insignia Comitum Schaumburgicorum, quæ folium urticæ repræsentant, inde dimanasse, quod mons, cui arx Schaumburgica imposita est, *der Nettelberg* / vocatus fuerit, ac addit *Celeb. Meibomius*, m) se legisse in quodam MS.

Origo insignium
Schaumburgicorū.

i) Saxon. l. 3. p. 87. k) Chron. Schaumb. p. 12. l) l. c. p. seq. m) in not. ad Lerbec. p. 531.



MS. Chronico incerti, sed non ineruditi Scriptoris, Adolphum III. in expeditione cui interfuit Hierolymitana, à primoribus quibusdam Ecclesiasticis Equitem s. militem, ut vocabant, creatum, eorundemque hortatu avita insignia quadam accessione auxisse in hunc modum, ut urticæ tres adjecerit clavos, quales in passione Christi usurpatos credimus: Galeæ imposuerit coronam è spinis contextam, quæ etiam in insignibus, quæ *Spangenbergius* Chronico suo præfixit, clare conspicitur.

§. III.

Tenes primordia Comitatus Schaumburgici, Benevole Lector. Restat, ut progressum indicemus, quantum equidem licuerit. Incertum enim est, nec ipse *Crantzius* n) in asserere audet, quinam ac quot Comites, inter *Adolphum de Santerseven*, primum Schaumburgi Comitem, qui circa annum 1055. è vivis excessit, ac *Adolphum*, qui Holsatiæ etiam Comitatu auctus fuit, intercesserint. Unum tamen aut duos intercessisse certum est, ob insigne intervallum, quod ab illius morte, usque ad ea, quo hic floruit, tempora, effluxit. His itaque prætermiſſis, cum in rebus dubiis, ante multa secula gestis, de quibus Historici silent, nobis nihil decernere liceat, ad Adolphum, quem numerandi initio ab eo ducto, primum appellabimus, progredimur, cujus virtuti fortuna tantopere favit, ut post mortem *Gotfridi*, Holsatiæ ac Stormariæ Comitis, ipsi à *Ludero* s. *Lothario* tum temporis Saxoniae Duce

*Successores
Adolphi
usque ad
Adolphum
Schaumburgi &
Holsatiæ
Comitem
ignorantur.*

B 2

post-

n) Saxon. l. 8. c. 26.





postmodum Imperatore Romano, eæ ditiones conferrentur. Quod quomodo gestum sit, non abs re fuerit exponere.

§. IV.

*Lotharius
Ducatu
Saxonia
investitur.*

Mortuo a. 1106. *Magno*, postremo e *Billingorum* o) familia Duce Saxoniæ, *Henricus V.* Imperator, feudum istud vacuefactum in *Lotharium*, è familia *Comitum Querfurtensium* ac *Supplemburgicorum* oriundum contulit, qui ditiones Saxoniæ inferioris ad *Visurgim* sitas, per matrimonium cum *Richenza*, *Henrici crassi* filia è posteris *Wittekindi* Saxonis, jam tum acquisiverat. Irruperant iis temporibus in *Stormariam*, referente *Lerbecio* p) & *Helmoldo* q) latroneuli Slavorum, quibus collectis copiis *Gotfridus* à *Magno Billingianorum* postremo *Provinciae* illi *Comes* datus resistere equidem ausus fuit, verum hostium copia ac insidiis oppressus, vitam infeliciter finivit. Isto cæso, *Luderus*, quem ceu *Dominum* feudi ditiones istæ agnoscebant, *Adolphum* *Schaumburgi* *Comitem* iisdem investivit, qui primus *Holfatorum* f. *Nordalbingorum* *Comes* ex hac quidem familia fuit, quæ tamdiu multis

*Adolphus
Holfatia,
Dux à Lo-
thario cre-
atur.*

o) *Billingii* Saxoniæ aquilonaris Ducatum circiter 150. annos tenuerunt, ex quo nempe illum Imperator *Otto M. Hermann* contulit, Ministro suo aulico, filio *Billingi*, *Comitis* atque illustris apud Saxones *Viri*, nec vero hominis equestris tantum ordinis, nedum pauperis agricolæ, sicut errore inveterato creditum est, quem *Henr. Meibomius* in *Vindiciis Billingianis* detexit & refellit. *V. Imhof. Not. Proc. Imp. l. IV. c. X. §. 2.* p) *l. c. p. 498.* q) *Chron. Slavor. l. 1, c. 36. V. etiam Chytræi Saxon. l. 2. p. 66.*



multis casibus jactata perstitit, donec Oldenburgiis, Danici Regni viribus suffultis, tandem, ut infra videbimus, concederet. Per *Nordalbingiam* autem, *Reinero Reineccior*) teste, intelligitur ille ad Cimbricam Chersonesum tractus, quem Albis & Oceanus Germanicus claudit. In quo *Helmoldus* gentes nominavit: *Holsatos*, *Stormarios*, & *Dithmarsos*. s) In quibus *Lotharius* Cæsar *Holsatiam* & *Stormariam* *Adolpho* Schaumburgico attribuit. Nam *Dithmarsiam* tunc peculiarem Comitem suum retinuisse ex *Helmoldo* planum fit. *Wagria* quoque *Venedis*, (quod corrupte alii *Vandalis* scribunt, *Cranzium*, qui erroris popularis princeps Autor fuisse videtur, secuti) illo tempore adhuc subjecta erat, etsi postea ad Comites Schaumburgicos devenerit, ut infra videbimus. Obtigisse autem *Adolpho* *Holsatiæ* Comitatum *Spangenbergius* t) vult anno 1115. additque, eundem ab Imp. *Henrico* V. confirmatum in nova dignitate an. 1121. Mox antiquam inscriptionem in templo *Hamburgensi* conspicuam producit, quæ an. 1106. isthæc gesta docet, quæ & nostro quidem *Judicio* fidem meretur, ac apud ipsum legi potest.

§. V.

Quod annum emortualem *Adolphi* I. attinet, variant de eo *Historici*. *Spangenbergius* vult annum

Quid per
Nordal-
bingiam
intelliga-
tur?

Quando
Adolphus
Holsatia
Comitatum
obtinue-
rit?

Adolpho I.
quando
mortuus
fuerit?

r) In *Epist. dedic. præmissa* *Historiæ* de vita & rebus gestis *Adolphi* II. *Holsat.* & *Schaumb.* *Comitis* excerptæ ex *Helmoldo*. s) *Consentit* *Crantzius* *Saxon.* l. I. c. I, t) l. I. c. 5. p. 16. 17.



num. 1122. cum quo consentit *Meibomius*, u) *Chytræus* w) insigni differentia ponit ann. 1137. ac in *Lomeyeri Tabb. Genealogicis* reperio 1133. Quod tamen prior sententia nobis verior videatur, hæc præprimis ratio facit, quod *Lerbecius* x) asserat, *Adolpho* I. duos filios successisse, *Hartungum* & *Adolphum* II., subjungatque postea, *Hartungum* in expeditione Bohemica interfectum an. 1125. d. 18. mens. Febr. ex quo planum fit, *Adolphum* Patrem ante hoc tempus è vivis excessisse. Meminit quoque *Lerbecius* capellæ, ab *Hartungo* in arce *Schaumburgica* extructæ, quæ tamen nunc in ruinis jacet. Illo autem, ut modo vidimus perempto, successio ad fratrem natu minorem *Adolphum* II. devoluta est. Sed & hic ingens iterum scrupulus semet offert. *Spangenbergius* y) enim *Adolphum* II. obiisse perhibet an. 1137. ejus autem filium cognominem in obsidione urbis *Demmin* occisum referta a. 1164. Reliqui autem, ut *Crantzius*, *Chytræus*, *Lerbecius* & *Helmoldus*, istos conjungunt, ac ex *Adolpho* II. & III. (seu III. & IV. ut *Spangenberg* eos appellat, in initium numerandi à primo *Schaumburgi* Comite faciens) unum tantum faciunt. Vexavit nos haut perfunctorie ista Autorum discrepantia, ac etiamnum vix aliquid determinare audemus, nisi quis *Spangenbergium* errasse ideo admittere velit, quia reliquos omnes habet dissentientes. Majorem itaq; Historicorum partem & nos secuti *Adolphi* II. res

Adolphus
II. post fata
fratris
Hartungi
Parenti
succedit.
Ingens Au-
torum di-
screpantia.

u) in not. ad Chron, Lerbec. p. 523.

w) Saxon. l. 2. p. 73.

x) l. c. p. 499.

y) l. 1. c. 7. p. 22.



res gestas breviter iustrabimus. Omnia enim prolixè recensere nostri instituti non est. Adeat qui plura desiderat, *Helmoldum* z) ac *Crantziū* passim.

§. VI.

Vidimus supra *Luderum* s. *Lotharium* Comitem *Querfurtensem* Saxoniae Ducatum Cæsaris beneficio accepisse: is postea Imperator factus, eundem in *Generum* suum, *Henricum Superbum*, Ducem *Bavariæ*, *Henrici Nigri* filium transtulit, cui gravis deinde contentio cum *Alberto Urso Ottonis Ballenstedensis* gnato, de hoc ipso Ducatu orta est. Mortuo enim *Lothario* Imperatore, successor ejus fuit *Conradus III.* qui *Alberto Urso* Saxoniae Ducatum *Henrico Superbo* in *Goslariensibus* comitiis an. 1137. abjudicatum, ab æmulis ejus quibus *Henrici* potentia suspecta erat, permotus, contulit. Armis itaque isti Principes concurrebant, quibus turbis etiam *Adolphus II.* qui partibus *Henrici* adhærebat, involutus, ac ab *Alberto* ditionibus suis magna ex parte exutus est. Comitatum ejus beneficio *Alberti* adeptus est *Henricus de Bardewick*, quem *Spangenbergius* aa) & *Helmoldus* bb) *Badewide* appellant: *Henrico* autem *Bardewicum* ac *Lüneburgum* recuperante, ejusdem armis adjutus *Adolphus* recuperavit quoque *Holfatiam* suam, anno vix exacto postquam illam amiserat: (vid. *Crantz*, *Saxon.* l. VI. c. 9.)

Saxonia in Henricum Superbum transfertur.

Mox eidem adempta Alberto Urso adjudicatur.

Adolphus ab Alberto Urso ditionibus suis pellitur.

z) Vitam *Adolphi* ex *Helmoldi Chron. Slavor.* excerptit *Rein. Reineccius*, uti supra jam innuimus.

aa) l. I. c. 9. p. 23. bb) *Chron. Slavor.* l. I. c. 55.



*Restitutus
Wagriam
ditionibus
suis adji-
cit.*

*Urbis Lu-
becensis
primordia
& muta-
tiones,*

c. 9.) Wagriam etiam deinde, quam *Pribislao* Venedorum Duci *Henricus de Bardewick* s. *Badewide* ademerat, ditionibus suis adjecit, dissensionibus, quæ de ea inter ipsum ac prædictum *Henricum* intercedebant, sic compositis, ut *Adolphus* Segeberga & omni Wagirorum terra potiretur: *Henricus* in compensationem acciperet *Raceborg* & terram *Polaborum*. cc) Wagriam autem præteritis temporibus tenuerat *Canutus Sanctus* Dux *Sleswici*, ab *Imp. Lothario* in Regem *Obotritorum* (erant hi *Venedi* *Meclenburgum* inhabitantes) creatus, ac à *Magno* filio *Nicolai* Regis *Daniæ* perfidè interemptus, dd) *Wagria* autem erat tunc temporis pars *Obotritorum* seu *Venedici* Regni, referente *Viro Illustri*, ac omnium, quotquot *Germania* vidit *Historiæ patriæ* peritissimo, *Hermanno Conringio*, in immortalis *Opere de Finibus Imperii*. ee) Istud quoque non prætereundum videtur, *Lubecam*, olim exiguum oppidum ad *Svartæ* & *Dravæ* confluentem, veterum *Wagriæ* *Dominorum* gentis *Venedæ* sedem, deinde aliquanto superiori fluminis parte, inter *Wakenissam* & *Dravam*, in colle ab *Adolpho* II. ann. 1142. extrui cœptam, ff) & variis fortunæ & *Dominorum* vicibus initio usam. *Adolpho* enim, *Chytræi* gg) verba referimus, *Potentissimus Saxonie & Bavarie* Dux *Henricus Leo* eam extorsit, qui etiam

cc) *V. Lerbec*. l. c. p. 500. *Helmold*. l. c. c. 55. & 57.

dd) *Lerbec*. l. c. p. 499. ee) c. 16. p. m. 237.

ff) *Helm*. l. c. l. 1. c. 57. *Lerbec*. l. c. p. 500.

gg) *Saxon*. l. VI. ab init. p. 166.



etiam Episcopi Aldenburgensis sedem eo transtulit circa annum 1162. Proscripto autem Henrico Leone ann. 1182. Imperii urbs à Friderico Barbarossa Imp. facta: arcem Comitum Holsatiæ ad Dravam ac fluminis usum liberum ab Adolpho III. Comite Holsatiæ ann. 1186. redemit. Deinde ann. 1190. in Henrici Leonis ex Angliâ reversi potestatem rediit, cui ann. 1193. Adolphus III. ex Asia redux eam vicissim eripuit. Quo denuo ann. 1200. per Danos ex Holsatiâ ejecto, in Canuti Danorum Regis ditionem Lubeca pervenit. Cujus Præfecti cum insolentius imperarent, arte & vi Danis ex arce ejectis, Lubecenses, sociorum Principum, Alberti primi Saxonis, & Adolphi IV. Holsatiæ Comitis, auxiliis, Danos memorabili prælio ad Bornhoved anno 1226. d. 22. Julii profligarunt, atque ita Friderici II. Imp. autoritate, & sua imprimis virtute, fortitudine ac felicitate, integram libertatem adepti sunt.

§. VII.

Sed ut ad Adolphum II. redeamus, is tandem post multa domi forisque præclare gesta, in obsidione urbis Demminensis, quam Henricus Leo contra Venedos susceperat, ac cui & ipse intererat, cæsus est, anno 1164. reliquitque filium impubere-rem cognominem, cujus Tutori Henrico Comiti de Orlamiinda, Adolphi vidua Mechtildis, Burcardi Comitis Querfurtensis filia, secundis nuptiis in manum convenis, ex quo conjugio natus filius Albertus, cujus infra mentio recurret. Ut autem breviter vitam Adolphi III. describamus, pulsus is

Obitus
Adolphi II.

C

fuit



Adolphus
III. Patri
succedens,
ab Henrico
Leone di-
tionibus suis
duabus vi-
eibus pelli-
tur, & re-
stituitur.

Rursus à
Rege Da-
nia Comi-
tatu exui-
tur,

fuit ditionibus suis ab Henrico Leone ann. 1177. de quo tamen Parens ipsius insigniter meritus fuerat. Causam Crantzius hh) affert, quod captivos, quos e bello contra Venedos tenebat, sibi retinendos, in commune conferre recusasset. Sed restitutus fuit ope Friderici Imp. cujus deinde ann. 1189. comes in Palæstinam fuit. Eo absente cum Henricus Leo denuo ejus ditiones invasisset, easdem postea re-dux, ope Bernhardi Saxonis, atque Ottonis Brandenburgii fratrum Ascaniorum, recuperavit, teste Crantz. Sax. l. VI. c. 43. & l. VII. c. 2. & 4. Sed duriora postmodum fata expertus est. A Daniæ enim Rege Waldemaro II. captus ac ditionibus suis ejectus fuit, ea captivo Comiti a victore recipiendæ libertatis lege imposita, ut simul cum possessione etiam repetendi animum solenni sacramento, datisque obsidibus abdicaret. Waldemarus itaque se Slavorum & Nordalbingiæ Dominum appellabat, ii) ac provinciis Holsaticis Albertum Orlamündanum Comitem, eadem qua Adolphus matre genitum, præesse jusserat, lætantibus Holsatis, ut ferme ad nova imperia. Et Adolphi nomen ob nimia tributa invisum apud populares, Woldemarum molliora pollicentem favor habebat. Sed ne diuturnus is esset, præfectorum austeritas effecit, mutatis etiam animis ob adversam Adolphi fortunam in commiserationem. Et quo destinata viam invenirent, nobilis

hh) Saxon. l. VI. c. 41. ii) Contr. de finib. c. 16. p. 238
V. de his motibus etiam Pfann. de Præc. Pr. Germ. Gent,
c. XI. p. 301, seqq.



bilis quædam matrona a Deest providit. Quæ animadverso suorum in Danos odio, *Adolphum* Schaumburgi tunc agentem adiit, ac cunctantem tandem perpulit, ut filium *Adolphum* in Holsatiam ducendum permetteret. Is latuit per aliquod temporis spatium Kellingsdorffii apud hanc fœminam, meliorem sortem, aut si casus contra daret, pejora opperens. Nobilium itaque præcipui Segebergæ præfectum aggressi eum occidunt, & affluentibus paulatim, qui repertis autoribus sustulerant animum, Patris præterea, ac *Gerhardi* Pontificis Bremensis, & *Henricorum Sverini & Werla Comitum*, nobilium denique, qui Danicæ servitutis pertæsi in contermina confugerant, opibus auctior *Adolphus Junior*, provinciam non multo labore recuperavit: adeo mutata in contrarium fortuna, ut *Waldemar* Rex Danorum ann. 1223. (verba sunt *Alberti Staden-* *sis*) in propria terra à *Comite Henrico de Swerin*, cui duras, ut fertur, gratiæ suæ recuperandæ conditiones imposuit (alii scribunt, eum conjugem ipsius, illo absente, violasse) in opinato casu in papilione propria captus & *Danneburgi* gravi custodia coarctatus fuerit. Additque *Crantzius* kk) illum in relaxatione sua Jurejurando confirmasse, nunquam se Nordalbingiam repetiturum. Cum non staret autem promissis Rex, memorabili prælio ad *Bornhovedam* ab *Adolpho* IV, tertii filio, cœsus, omnem existimationem perdidit, quod anno 1226. alii volunt 1227., accidit. Prælio autem illo adeo fractæ

kk) Wandal, l. VII. c. 9.

Rex Dania
prælio ad
Bornhove-
dam supe-
ratur, ac
Nordal-
bingians
amittit.

sunt Regiæ vires, ut omni Saxoniae Nordalbingicæ possessione exciderit, nec ex eo vel ipse *Waldemar* vel successorum ejus aliquis recuperare amissa unquam sit molitus. ll) Mortuus autem est *Adolphus* III. ann. 1232. admodum Senex Schaumburgi, quo postquam Holsatia, uti modo notavimus, ejectus fuerat, successerat, *Adolphus* IV. autem filius mundo relicto monasterium ingressus est, ac obiit ann. 1261. mm) Errat itaque *Chytræus* nn) qui annum ejus emortualem statuit 1248.

§. VIII.

*De cœnobio
Rinteliensi
quadam.*

Non possumus non, quin hic aliqua de monasterio olim ab *Adolpho* IV. Rintelii fundato addamus. Faciemus autem id potius *Lerbecii* quam nostris verbis. Sic autem ille: oo) *Monasterium monialium in diœcesi Mindensi dictum Bischoperode in oppidum Rintelen transtulit: (loquitur de Adolpho IV.) Prædictarum itaque monialium in Rintelen primus habitus secundum ordinem Cisterciensem griseus erat, qui post in habitum albi coloris, miraculo præcedente, mutatus fuit. Tempore namque, quo monasterium illud edificabatur, à viro inclyto Adolpho Comite in visione XII. Carpentarii albis induti videbantur, cujus interpretationem divinitus sibi ostensam sic intelligens, ut harum virginum habitus de atro albus & nitidus in signum amplioris munditiei esse deberet. Unde regula B. Patris Benedicti re-*

ll) v. Conring. l. c. mm) v. Krantz. Saxon. l. VIII. c. 7.
& quæ Meibomius habet in notis ad Lerbec. p. 536.

nn) Saxon. l. 2. p. 73. oo) l. c. p. 512.



tenta, sub Abbatis Mindensis obedientiam se offerentes, habitum prædictum assumerunt. Et aliquibus interjectis: Adolphus his virginibus translatis ad Ecclesiam Parochialem in Rintelen XIV. mansos, & molendinum, quod adjacet oppido, cum vado, vulgareter *Wax* dicitur, legavit. Item jus sylvæ ad LXVI. mansos, quod Teutonice *Egword* dicitur, in perpetuum possidenda donavit. Eadem fere tradit Chronicon Mindense incerti Autoris, pp) ex quo sequentia, quia semel ad hanc materiam delapsi sumus, nec illa Lectori injucunda esse possunt, cum res in vicinia nostra antiquis temporibus gestas contineant, de fundatione aliorum cœnobiorum addimus: qq) *Tempore istius* (loquitur de Dragone quinto Episcopo Mindensi) cœnobium monialium in *Möllenbeke* in provincia (al. Parochia) *Acriste*, nunc *Eckerstein* dicta, in honorem S. Dionysii sociorumque ejus anno Domini DCCCC. quatuor minus fundatum est. De cujus fundatione isti habentur versus:

Annis nongentis *Mölnbeck* duo bis minus annis *Solckrat* & *Hiltborg* simul extruxere *Drogone*. Prædicta vero *Hiltborg* fuit uxor Viri cujusdam nobilis, nomine *Ufo*, qui duo castra opima, in provincia (al. Parochia) *Eckerstein* | unum juxta villam *Bredenebeke* | quod incolæ in præsentiarum *Uffenborg* nominant, alterum vero prope villam *Steinborg* habuisse perhibetur. Istius uxor inclyta cum heredem non haberet, ad instinctum cujusdam devoti Sacer-

pp) Quod etiam reperitur Tom. I. script. Germ. à Meibom, edit. p. 564. (qq) p. 558.

De aliis in vicinia cœnobii olim extantibus.



Sacerdotis, nomine Folcardus seu Folckradus, in absentia sui mariti novem Ecclesias, scilicet: Möllenebete/ Segelhorst/ Degber/ Steinborg/ Ostereißberg/ Westereißberg/ Hourade/ Beltheim/ Silicksen fundavit. Unde in reditu mariti sui, qui in peregrinatione terræ Sanctæ, ultra quam credidit moram traxerat, se novem filias peperisse gloriata est. Carissime, inquit, Deo & vestræ Dominationi, novem filias, nondum in Christo regeneratas, generavi. Et vir inclytus ac Deo devotus de fundatione novem Ecclesiarum intelligens eas de paternis bonis competenter dotavit, & per manus Drogonis Episcopi consecrationis beneficium imposuit.

§. IX.

Holsatia & Wagria dividuntur.

Annotata quaedam de urbe Hamburgensi.

His obiter traditis in viam nunc redeamus. Hactenus Holsatiam ac Wagriam uni semper subiectam vidimus. Enimvero Adolphi IV. filii Johanne & Gerhardus in eam venere sententiam, ut hæreditatem partirentur, quando communibus auspiciis gubernare non poterant. rr) Igitur partitione facta Johannes natu major Wagriam, quam, ut supra vidimus, cum reliqua Holsatia conjunxerat Adolphus II., Gerhardus Junior accepit Holsatiam Stormariamque. Ad Stormariam Hamburgum etiam pertinebat, quod tamen, verba sunt Chytræi, ss) titulo tenus tantum sub Comitum Holsatiæ imperio mansit. Albertus enim Orlamundensis, frater Adolphi III. uterinus, cujus supra mentionem injecimus, à Waldemaro II. Rege Daniæ, cum is pulso Adolphi III. Crantz, Saxon. l. VIII. c. 15. ss) Saxon. l. 2. p. 77.



Adolpho III. Holsatiam teneret, Hamburgo præfectus est, qui deficientibus a Dano Holsatis, & *Waldemaro* Rege per *Henricum Comitem Sverinensem* capto, Jus suum in urbe 1500. murcis argenti Senatui vendidit, quod libertatis Hamburgensium plenioris securæ initium fuit. *Adolphus* IV. deinde ac hujus filii *Joh.* & *Gerhardus* ista privilegia amplius confirmarunt. Teloneum tamen ibi instituit *Henricus* I. *Gerhardi* filius. Plura vide apud *Chytræum* l. c. *Gerhardus* autem iniquam ratus partitionem fratri cœpit invidere, quod longe uberio- rem sua accepisset ditionem, pervenitque ista dis- fensio in apertum bellum, ut *Gerhardus* ope Alberti Ducis ac Lubecensium arma extulerit in fratrem, obsidens oppidum Kiloniense, de quo potissimum contentio intercedebat, quod illud *Johannes* tene- ret, cum potius ad Holsatiam referendum videre- tur. Sed intervenit compositio, tt) in qua vero- simile est, *Gerhardum* de successione patruum *Conradi in Schauenburg*, qui prolem non reliquit quietatum. Nam filii *Gerhardi* eam ditionem postea tenu- erunt.

§. X.

Perstitit ista divisio usque ad *Adolphum*, *Johannis* I. pronepotem, qui improlis an. 1390. obiens lineæ Wagirensi finem imposuit. De quibus di- tionibus quomodo deinde inter agnatos transa- ctum fuerit, infra videbimus. Hoc loco illud notandum venit, quomodo Schaumburgicæ &

tt) Crantz, Saxon. l. VIII. c. 26.

Lis inter fratres ob divisionem.

Quæ tamen componitur.

Divisio ditionum Holsaticarum & Schaumburgicarum.

Holfaticæ ditiones iterum disjunctæ fuerint. Factum nempe illud est post mortem *Gerhardi*, qui anno 1281. diem suum obiit, à duobus ejus filiis *Henrico & Gerardo II.* ita ut hic Schaumburgum, alter vero Stormariam retineret. uu) Ac iste *Gerhardus II.* communis stipes fuit omnium Comitum Schaumburgicorum usque ad ultimum *Ottonem* ann. 1640. e vivis ereptum. Cognomen autem *cæci* adeptus est inde, quod diu vivendo cæcitatem contraxit. E vivis tandem excessit an. 1312. Quis autem ex duobus istis primogenitus fuerit de eo variant Historici, quanquam ex antiquo documento, quod producit *Meibomius ww)* pro *Gerardo* pronunciandum esse videatur, utpote qui ibi ante *Henricum* collocatur. *Henricus I.* anno 1310. decessit, *Gerardo & Johanne* filiis relictis, unde insigniter labitur *Crantzius, xx)* qui istum ex *Henrico III. Gerardi Cæci* nepote genitum esse asserit.

§. XI.

Ducatus
Slesvicensis,
quomodo ad
Comites Holfato-
Schaumburgicos
denenerit?

Vidimus hæctenus breviter divisionem ditionum Holfato-Schaumburgicarum. Ordo nunc postulat, ut explicemus, quomodo Slesvicensi Ducatu aucti fuerint harum terrarum Domini. Duxerat nempe in matrimonium *Ericus II.* Dux Slesvici *Agneten*, *Henrici I.* filiam, *Gerardi*, cui res prospere gestæ cognomen *Magni* pepererunt, sororem. Ex hoc matrimonio natus fuit *Waldemar*, qui duodecim adhuc annorum puer, pulso à Da-

uu) Spangenb. l. III c. 5. p. 112.

ww) in not. ad Lerbec.

p. 539.

xx) Saxon, l. VIII. c. 26.



à Danis *Christophoro* in regnum accitus, *Gerhardo* avunculo, qui tutelam ejus gesserat, Ducatum Sleswicensem concessit, pensandis officiis sumtibusque, quos defendendo isti à *Christophori* injuriis, tutoris nomine provinciæ inhiantis, Comes impenderat. Putat equidem *Spangenbergius* yy) *Gerhardum* tantum gubernando Ducatui præpositum, non vero hæreditario Jure eodem investitum fuisse, sed ipse sibi aliis in locis zz) contrariatur. Transacta vero fuit non multo post inter *Christophorum, Waldemarum* atque *Gerhardum* causa, iis conditionibus, ut *Christophorus* regno restitutus 80000. marcas argenti Comiti exsolveret, Sleswicum etiam recepturo, quando *Woldemarus*, omisso regno Ducatum resumens, aut ejus posteris sine hærede excederent. Id quod etiam obtigit *Gerhardo VII. Gerhardi Magni ex Henrico ferreo* nepoti, ad quem iste Ducatus ann. 1386. delapsus est, cum *Waldemari* filius *Henricus*, ultimus ex ista familia Sleswici Dux, sine liberis diem suum obiisset. Multis enim Regni Daniæ proceribus adstantibus, & rem omnem verbo & opere commendantibus, tradito per Regis manus vexillo *Gerhardus* investitus est, teste *Crantzio*. aaa) Idem à *Margareta Danica* anno 1388. confirmatum esse in conventu Nienburgensi, præsentibus omnibus Regni Prælatibus & Proceribus, testis idem

D

Cran-

yy) l. c. Lib. IV. c. 1. zz) ib. lib. 2. c. 18. & l. 3. c. 14.

aaa) Dan. l. VII. c. 40.

Crantzius bbb) est. Sed pœnituit ccc) postea liberalitatis *Margaretam*, fœminam dominandi avidam, & quæ virilibus curis vitia fœminarum exuerat. Astutia igitur repetenda putans, quæ imprudentia omiffisset, atque oportunam insidiis occasionem, impuberes adhuc defuncti *Gerhardi* filios nacta, tutelæ, pignoris, aliisque prætextibus arces opidaque occupare aggressa est: Disimulante dolorem *Gerhardi* vidua, quæ parentur haut ignara: sed pars prudentiæ erat, ne intelligere videretur. Apertius *Ericus*, à *Margareta* adoptatus, negotium gessit. cui post cruenta triginta annorum diffidiis tandem finis impositus, ut *Adolphus Gerhardi filius* Slesvicum reciperet, beneficii ut hætenus loco à Daniæ Regibus habiturus. Atque id *Christophori, Erici* successoris consensu firmatum, ddd)

§. XII.

Exitus lineæ Wagirensis ac conditionum inter agnatos divisio.

Ordo temporum nos jam deduxit ad exitum lineæ Wagirensis, cujus ultimus *Adolphus, Johannis I.* Pronepos, obiit sine liberis ann. 1390. Convenere itaque Kilonii ex utraque linea adhuc superstitite, Schaumburgica ac Stormariensi Agnati proximi, *Nicolaus* nempe, *Gerhardi Magni* filius cum

bbb) Saxon. l. X. c. 9.

Saxon. l. XXIV. p. 717. seqq.

ccc) Id. c. 23. seqq. Chytræus

ddd) v. de his breviter Pfann. de præc. Princ. Germ. Gent. c. XI. p. 317. prolixius Chytræum l. c.

cum fratris *Henrici ferrei* (a) ann. 1381. defuncti,
 tribus filiis, *Gerhardo VII.* Duce Sleswicensi,
Alberto II. & *Henrico V.* ab una; pariter *Otto II.*
 cum fratre *Bernhardo*, Præposito Hamburgensi,
 ac duobus filiis *Adolpho* & *Wilhelmo* ab altera
 parte, de successione *Wagriæ* deliberaturi. Res-
 que eo devenit, teste *Crantzio*, e e e) ut *Nicolaus*
 interventu Principum, (præsertim Ducis Saxonie
 & multorum nobilium ac militarium) daret Co-
 mitibus in Schauenburg, tres præfecturas Hates-
 borg, Pinnenberg & Barmstede, ut *Wagria*
 juncta maneret *Holsatiæ*. Pacta etiam hæredi-
 taria isto conventu inita fuere, in quibus *Ottoni*
 & ipsius filiis, non solum omnia, quæ in & circa
 urbem Hamburgum Schaumburgenses habebant,
 & insulas in *Albi* vicino, & *Billæ* pratū & *Nilandiam*

*Pacta hæ-
 reditaria
 inter agna-
 tos*

D 2 ad

(a) *Henricus IV.* ob res gloriose gestas *ferreus* dictus fuit,
 ac refertur de eo, ipsum in Angliam profectum
 Regis *Eduardi III.* Leonem ferocissimum, ex impro-
 viso insipientem, non tantum sine omni periculo
 & jactura propulsasse, sed postea quoque caveam
 ejusdem Leonis ingressum, capiti ejus crinale,
 omnium adstantium maxima cum admiratione
 imposuisse, Anglosque illi ob gratiam regiam in-
 vidios, referente *Crantzio* l. 9. *Saxon c. 22.* sic com-
 pellasse: Si quis vestrum me nobilior est, & nobi-
 litati suæ confidere haut dubitat, tertium, quod
 capiti leonis intuli, rursus auferat. v. *Joh. Eichrodi*
Orat. funebr. in mortem Ernesti, p. 17.

e e e) l. c. l. VIII, c. 26.



ad Albim, & Curiam Adolphi Wagrii è regione cœmeterii D. Jacobi in urbe Hamburga, & 8000. marcarum Holsati reliquerunt: verum etiam se & hæredes ad mutuam unionem & defensionem, ac successionem in suis ditionibus, & bona feudalia sine aliorum consensu non alienanda obligarunt, fff) Ac in tali statu res permansit, usque ad mortem *Adolphi* postremi Ducis Sleswici & Holsatiæ Comitatis, quæ contigit ann. 1459. quo tempore non tantum Ducatus Sleswicensis, d. Holsatiæ Comitatus quoque in potestatem Regis Daniæ pervenit, quam insignem rerum mutationem, ut paulo distinctius indicemus, necessitas exigit.

§. XIII.

*Quomodo
Slesvicum
& Holsatia
ad Daniæ
Regem per-
venerint?*

Cum Rex Daniæ *Christophorus III.* anno 1448. supremum diem clausisset, *Adolphus* Dux Sleswici postremus ad coronam Regiam capeffendam vocabatur: is vero cum ob ætatem ingravescentem id oneris suscipere detrectaret, *Christianum, Theodorici fortunati* Comitatis Oldenburgici è sorore sua *Hedwige* filium, ordinibus regni de meliori nota commendavit. Is ab iis anno 1448. in Regem Daniæ ac Norwegiæ electus, atque anno sequenti Hafniæ, porro anno 1458. Trunthemii coronatus est: ducta simul ut res suas firmaret in uxorem vidua *Christophori* antecessoris sui in Regno,

fff) v. de his omnibus Chytræum l. c. l. 2. p. 74. seq. & Spangenb. l. 2, c. 20. p. 106.



gno, nimirum *Dorothea*, *Johannis Marchionis Brandenburgici* filia. Postea anno 1457. à Proceribus etiam Regni Sveciæ, cum *Carolus Canuti*, quem ante novennium exterorum Regum pertæsi ad id fastigium evexerant, in Poloniam fugienti similis discessisset, ad ejus sceptrum capeffendum evocatus, atque Holmiæ inauguratus est. *Adolphus* autem Dux Sleswicensis sæpe cum nobilitate & cæteris Ordinibus Holsatiæ agebat, ut se vivo *Christianum Daniæ Regem*, ad quem Ducatus Sleswicensis velut ad Dominum feudi alioquin perventurus erat, Holsatiæ etiam Dominum recipe-
rent: idque se facturos esse, literis solennibus se vivo testificarentur. Verum nobilitas in duas distracta factiones diffidebat. *Henningus Powisch* cum suis ad Schaumburgenses Comites, velut proximos masculæ stirpis agnatos, ac legitimos feudi hæredes inclinabat. Nam & prædium *Barmstede*, quod *Pinnebergensis Præfecturæ* feudum est, & aliquot alias arces ac prædia Comitum oppignorata tenebat, quibus sub Comitum tenuiorum imperio diutius forte frui se posse existimabat, quæ Rex potentior & ditior cito redempturus videbatur. Sed fundamentum petitionis Schaumburgensium non solum agnatio erat, quod sexto gradu à communi stipite *Gerhardo* nempe I. distarent, verum etiam pacta hæreditaria, inter agnatos post *Adolphi Wagriæ* postremi Domini obitum inita, quæ supra adduximus. E contra *Ranzovii Christiani Regis* partes secuti sunt. Cum enim is, utpote



utpote ad quem alioquin Sleswici Ducatus recideret, bello rem persecuturus videretur, nisi Holsatia ipsi quoque cederetur; illique imbecilliores se judicarent, quam ut belli molem sustinerent, rectissimum, & ad pacem inter Danos & Holsatos tuendam firmissimum remedium judicarunt utriusque conjunctionem. Cum autem deliberationibus his adhuc pendentibus *Adolphus* ann. 1459. e vita discederet: Præfeti arces præcipuas & oppida præfidiis munita neutri tradiderunt, priusquam de re integra convenissent. Tandem *Arnoldus Episcopus Lubecensis*, subdelegatus feudi Holsatiæ Dominus, convocatis Oldesloam partibus, & adjunctis vicinarum urbium Lubecæ & Hamburgi Legatis, ita litem diremit, ut *Otto III. Comes Schauenburgensis* jus suum in Comitatus Holsatiæ & Stormariæ *Christiano* Regi integrum pro persolvendis ei certis terminis 43000. aureorum, ac relicto Pinnebergico Comitatu cederet. ggg) Præterea *Christianus Gerbardi* fratris sui præensionem in partem Sleswicensis hæreditatis itidem argento redemit, pactumque mutuæ renunciationis, hinc in Sleswicum & Holsatiam, isthinc in Comitatus avitos Ripæ ann. 1460. cum eo transigit. Denique ab Imp. *Friderico III.* obtinuit vigore diplomatis ann. 1474. d. 14. Febr. editi, quod *Meibomius* hhh) recensuit, ut Holsatiæ & Stor-

ggg) v. de his Chytr. l. c. l. 2. p. 74. seq. h h h) in calce
Differt. de erect. Ducat. Brunsvv. quæ reperitur Tom.
III. Rer. Germ.



Stormariæ Comitatus, nec non Ditmarsia regionem, quam nulli tum Principi subjectam & libertate sua insolentem perdomare animo præsumserat, in Ducatum commutaret, eumque è tribus illis ditionibus unum factum, abolito Veteri Comitatus titulo sibi solenni more conferret. iii) Reliquas quæ secutis temporibus, circa istas ditiones obtigere, mutationes recensere, nostri instituti non est. Fecit id pro more suo accurate *Celeb. Imhofius*, in laudatissimo *Notitiæ Procerum Imperii Opere*, quem Benevolus Lector harum rerum cupidus adire poterit. Conjunctionem autem Holfatiæ cum Dania à nobis modo enaratam dilucide nec tamen prolixè exponit *Cypræus*. kkk)

§. XIV.

Vidimus duos e Comitum Holfato-Schaumburgicorum familia ramos, ut exaruerint, Wagriensem nempe, & Holfato-Sleswicensem. Restat, ut de Schaumburgico adhuc superstite, quem *Otto II.* propagavit, breviter quædam addamus. Omnium enim Comitum vitas atque varios eventus attingere, prolixitas, temporisque penuria prohibet. Ut tamen integra familiæ series uno intuitu conspici queat, luculentam Tabulam Genealogicam adjecimus, ac *Rittershusianam III)* multis

*De ramo
Schaumburgico
residuo ex familia
Comitum
Holfato-
Schaumburgicorum.*

iii) v. Imhof. Not. Proc. Imp. l. IV. c. 9. §. II.

kkk) in Annalibus Episcoporum Slesvic. l. 3. c. 1.

III) quæ in Opere ejus Genealogico reperitur,



*Otto VI. religionem
Protestantium intro-
ducit.*

*Ernesti
vita.*

*Ernestus
Principem
Holsatiae se
appellat,
qua de re
ipsi Danus
controversiam mo-
vet.*

in locis auximus atque emendavimus. Ad finem itaque illustris familiae properamus, cum prius pauca quaedam de *Ottone VI. ejusque filio Ernesto* attigerimus. *Otto* ideo laude sempiterna est dignissimus, quod sub eo splendor & claritas lucis Evangelicae e spississimis regni Pontificii tenebris emicuit; & quod Spiritu S. illustratus ann. 1558. in Provinciis suis Ecclesias omnes fermento Papistico labefactatas atque infectas divino quodam Zelo repurgavit, ac Augustanam Confessionem Jehova annuente introduxit felicissime. v. *Orat. Funebr. in Obitum Ernesti hab. à Joh. Eichrodio.* Filius ejus *Ernestus* lucem aspexit anno 1569. ac jactis pietatis & artium humaniorum fundamentis in Academiam Helmstadiensem missus est, cum strenuo Viro Joh. à *Ditsfurt* / nec non M. Herm. Vastelabo, studiorum ac morum informatoribus dexterrimis. Ex ea redux Italiam magno cum fructu bis peragravit, ac tandem fratri *Adolpho* anno 1601. demortuo, cujus filius *Julius* eodem anno Parenti in mortalitate praecesserat, successit. Cum autem ann. 1620. à Caesare Princeps Imperii creatus, Principis Holsatiae titulo sese ferret, acris inter ipsum ac Regem Daniae *Christianum IV.* hac super re controversia orta est. Is enim id ad suam, agnatæque Holsaticae familiae injuriam atque praedudicium pertinere conquestus est, non aliis, quam Holsaticis Principibus Oldenburgica stirpe prognatis nomen hoc tribui posse praetendens, quo etiam post cessa in illos ab *Ottone III. Comite Schaum-*



Schaumburgico jura omnes, Schaumburgii abstinuerint. Literas quoque ea de re ad Imperatorem dedit, qui per Legatos *Ernestum* admonuit, ut isto titulo abstineret. Cum vero is cedere eo nollet, res tandem in bellum erupit, quo cedere necessum habuit *Ernestus*, persolutis Dano ad sumtus belli refarciendos 50000. imperialibus. Vid. *Pfanner. de Præc. Princ. Germ. Gentibus c. XI. p. 308. & Holsteinische Chronic. Aut. anon. p. 72. seqq.* Cæterum pietatem hujus principis luculentissime testatur templum *Bückerburgicum* splendidissimum, Sacrosanctæ Trinitati publicæ consecratum, ac tribus annis multorum cum admiratione constructum. Immortalem quoque nominis famam sibi comparavit *Ernestus* fundatione *Academiæ Rintelien-sis* anno 1621. peracta, de cujus origine pauca addenda sunt. Fecerat *Ernestus* votum de fundando Xenodochio, quod deinde adhibitis in consilium Theologis & Consiliariis suis mutavit, ac loco Xenodochii Stadthagæ ann. salutis 1610. d. 27. April. magnis sumtibus, & magno plurimorum hominum applausu, publicum Gymnasium instituit, ac Barfusianorum cœnobium, cœno for-dibusque Franciscanorum inquinatum, purgavit, in qua re promovenda inprimis laboravit *Antonius à Wittersheim*, Consiliarius ac Cancellarius *Holfato-Schaumburgicus* ultra 40. annos merittissimus. Animum deinde ad *Academiæ* ibi fundandam adjecit, nullique apud *Rudolphum II. & Matthiam Imp.* in petendis privilegiis Academicis dili-

*Academiæ
Rintelien-
sis funda-
tur,*

E

dili-



diligentiæ comparfit, impetrare vero illa non potuit. Tandem tamen *Ferdinandus* II. Imp. nec non *Fridericus* V. *Electoꝝ Palatinus*, hic in interregno sub vicariatu suo Heidelbergæ, d. 19. Jul. 1619. ille in Civitate Viennensi d. 9. Maji 1621. ejusmodi concesserunt privilegia, quæ nec authoritate nec qualitate, nec quantitate ullis in Europa cedunt. Academia autem, Stadthagæ incepta, anno 1621. circa festum Paschatos in urbem Rintelensem ob commodiorem præcipue situationem translata, ac d. 17. Julii solenni more inaugurata fuit, constituta eidem ab *Ernesto* constanti atque perenni dotatione, perpetuaque salariorum & stipendiorum necessariorum ordinatione, ex rebus monasteriorum à Parentibus & antecessoribus reformatorum. Primus Academiae Rector fuit *Johannes Eichrodus*, J.U.D. & Consiliarius Holsato-Schaumburgicus, Codicis & Juris Feudalis Professor, ex cujus *Oratione funebri in obitum Ernesti* hæc desumimus. Addimus votum, ut Academiam Rintelensem, bonarum literarum ac studiorum nobilissimum Emporium, Omnipotens porro florere, ac majora subinde incrementa capere jubeat!

§. XV.

Tota familia in Ottonem extincta.

Jam tandem ad *Ottonem, Georgii*, qui *Ernesti* ann. 1622. defuncti consobrinus erat, filium pergitimus, qui anno 1640. pro salute & commodo subditorum Johannem Bannerium, Exercitus Svecici Generalem, Hildesiam secutus, correptus fuit morbo, ac d. 15. Nov. ad cœlestia regna translatus



latus toti familiæ suæ finem imposuit, cujus relictæ ditiones, quos postea Dominos nactæ fuerint, paucis adhuc delibare juvat. *Ottone* extincto, ejus mater *Elisabetha*, *Simonis VI.* Comitis *Lippiaë* filia, & *Philippi* rami *Bückerbugici* conditoris soror, gnati hæreditate aucta fuit, quæ *Philippum* fratrem hæredem scripsit, qui transactione cum *Serenissima Amelia Elisabetha*, Landgravia *Hassiaë* in *Cassel*, tanquam trutrice filii sui *Wilhelmi VI.* an. 1647. d. 9. Jul. facta, & per instrumentum *Pacis Osnabrugensis* (mmm) confirmata, nactus est dimidium Comitatum, nempe præfecturas *Bückerburg*, *Stadthagen*, *Hagenburg* & *Arensburg*, cum Civitatibus & oppidis *Bückerburg*, *Stadthagen*, *Hagenburg* & *Steinhude*, & eleganti arce oppido *Bückerburg* adjacente, quam postea incoluit lineæque suæ ab ea nomen dedit. (nnn) Quod Comitatum *Pinnebergicum* attinet, ejus pars, quæ *Pinnebergam* complectitur, Regi *Daniæ* obtigit, qui etiamnum eam tenet: pars vero altera, quæ præfecturam *Barmstede* complectitur, ad *Friedericum Ducem Holsato-Gottorpiensem* delapsa est, à quo *Christianus Comes Ranzovius* eam ann. 1649. sibi comparavit titulo permutationis: pro qua vicissim Duci prædium *Gentilitium Ranzau* in *Wagria*, curtem *Kucksbüll* in præfectura *Tonderensi*, aliquamque pecuniæ summam tradidit, passusque est, ut ille sibi *vectigal*

*Ditiones
relictæ ad
quos deve-
nerint?*


E 2

Schaum-

mmm) §. 15.

nnn) Imhof. Not. Proc. Imp. l. IX.

c. 3, §. 21.



Schaumburgicum, in civitate Hamburgensi, nec non jura in cœnobium *Utersen* expressis verbis reservaret. Illum deinde Imperator *Ferdinandus III.* Comitem Imperii ann. 1650. fecit, arcemque & præfecturam ejus *Barmstede* in Comitatum Imperialem sub nomine *Neu-Ranzau* erexit, addito jure loci & suffragii, tam in Comitibus Imperii quam in diætiis particularibus Circuli Westphalici, jure porro territoriali in dicto Comitatu suo, cudendi monetam auream & argenteam, erigendi Academiam, aliisque dignitatibus & privelegiis, imperii Ordinibus, qui pari loco sunt, concessis. o o o) De *Sternbergensi Comitatu* notamus, illum jam antea per matrimonium inter *Simonem Lippiaë Comitem* & *Elisabetham*, *Otonis VI. Comitis Schaumburgici* filiam anno 1585. initum ad Comites Lippiaë pervenisse, finiendis longis contentionibus, de hoc ipso Comitatu inde à morte ultimi Comitis *Sternbergici*, (ea vero in ann. 1399. incidit) inter *Schaumburgicos* & *Lippienses* agitatis, quas *Spangenbergius* p p p) & *Pideritius* q q q) prolixius exsequuntur.

§. XVI.

*Epilogus
Disserta-
tionis.*

Sic tandem, *Benevole Lector*, vidimus primordia Comitum *Schaumburgicorum*, ac amplam ditionum accessionem Comitatu *Holsatiæ* ac postea Ducatu *Sleswicensi* iis factam: Adduximus terrarum

o o o) Id. ibid. c. VII. §. 9. p p p) l. c. l. V. c. 18.

q q q) Chron. Lipp. part. 2. p. 581.



rarum istarum divisionem, lineæque Wagirensis ac Holfato-Sleswicensis exitum: consideravimus tandem, quomodo illustris hæc familia, quæ ultra sexcentos annos per varias fortunæ vicissitudines floruerat, in Ottone periodum suam fatalem attigerit. Multa nos latuisse non dissimulamus, sive scriptorum, quorum plurimos frustra desideravimus, penuria, seu horum denique quandoque incertitudine. Ita quæ comperire non licuit, reddere ipsa librorum egestas prohibuit. Neque enim, ut *Crantzii*, rrr) verbis utamur, nobis divinandi ars est, neque fingendi animus, ut quæ tradita non sunt, afferamus. Multa quoque prolixius deduci potuisse non diffitemur, sed modum Dissertationis excedere nolimus, quam grata brevitatem magis, quam tædiosa prolixitate acceptam fore speramus. Tu vero, *Benevole Lector*,

*Si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti, si non, his utere mecum.*

rrr) Vandal. I, I. c. 21.



COROLLARIA.

1. Johannem VIII. Pontificem Romanum fuisse fœminam, verum est.

2. Qui-



2. Quidam etiam ante Columbum aliquid de America cognoverunt, sed nesciverunt, Americam esse.
3. In statu integritatis non fuisset Respublica.
4. Regna hæreditaria præferenda sunt electivis.
5. Logica non est ars syllogistica, ut vulgo tradi solet, sed doctrina, quæ docet, quomodo ratione nostra recte in omnibus eruditionis partibus uti, veritatemque invenire queamus.
6. Non multarum linguarum, sed rerum distincta notitia facit eruditum.

7. Jus



7. Jus naturale, ac divinum positivum universale omnes homines obligans, nisi accurate discernantur, multæ ac inevitabiles oriuntur confusiones, nec quid juri naturæ congruum aut adversum sit, satis dijudicari potest.
8. Infirma est ratio, quicquid Gentiles sciverunt esse justum & injustum, id pertinet ad jus naturale.
9. Promissum ex metu injuste illato factum non obligat.
10. Falsa est, quæ vulgo tradi solet, origo Ordinis Equitum aureæ Periscelidis, illum nempe ab Eduardo III. Rege Angliæ, occasione ligaculi, a crure Comitissæ

QK 7 4 31 3



tissæ Salisburiensis ab ipso dea-
matae inter saltandum deciden-
tis, institutum fuisse.

II. Via Perfectionis & Negationis
in Pnevumatica Scholasticorum
obscura est, ac confundit ani-
mum de DEO meditantem.



nc

1077



R. K. 400, 12.

X 1903

Dis

F A
COMIT
SCHA
RUM

Divina

BENEVOLO II
PHICÆ IN

Publicæ

M. FRIDI

CAROL
Ad c



Literis HERMAN

II n
3623

A
TO-
O=


cia,
PHILOSOP-
NSI

LMUS

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(BAULE)
pogr. 1699

18



© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Inches
Centimetres

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black